

**ACADEMIA POESEOS ITALICA**

**SCAEVOLA MARIOTTI  
POESEOS LATINAE CERTAMEN IV  
PROPONIT**

**Te, praeclare linguae Latinae cultor, de certamine, quod praeclara consociatio Academia Poeseos Italica nec non E. I. P. Italia praemium Tantucci et Scaevola Mariotti, patrocinate Libera Studiorum Universitate Maria SS.ma Assumpta, edicere statuerunt, certiozem facimus. Apud andem Studiorum Universitatem victors praemiis honestabuntur a. d. III Kal. Maias a. MMXIV. Certamen apud Liberam Studiorum Universitatem Maria SS.mam Assumptam, a. d. III Kal Maias a. MMXIV celebrabuntur.**

**Certamen Linguae Latinae studium nec non loquendi scribendique vim ac pertractationem provehit; perennes insuper rerum humanarum respicit quaestiones, quae ut antiqua excitaverunt ingenia ad carmina Latine contexenda ita recentiores vel nostrae aetatis poetae continuo sollicitant.**

**Ideo certamen Scaevolae Mariotti dicatum, linguae Latinae cultoribus et studiosis proponitur. Nam Scaevola Mariotti, quod neminem latet, praeclarus apud Studiorum Universitatem La Sapienza philologus fuit; una cum Aloisio Castiglioni Lexicon Linguae Latinae edidit. Omnibus petitoribus haec sunt observanda praecepta:**

**scripta, sive astricta sive soluta oratione, Latine exarentur;**

**scripta, quae prosa oratione exarantur, summum mille verba, minimum trecenta et quinquaginta complectantur;**

**Omnes petitores sibi argumentum, de quo agant, libere eligant;**

**poetarum fetus ne minus triginta versibus constet neque numerum sexaginta versuum excedat; petitor, ubicumque terrarum est, quinque operis sui exemplaria, ad unum tantum argumentum pertinentia, machinula scriptoria vel computatro exarata mittat; quod sigillum cursuale clarum testimonium praebet;**

**petitor opus suum in summa pagina sententiola notet, quam super involucrum minus, in quo scidula nomen et cognomen nec non domicilium, cursum electronicum claudetur, grandioribus litteris exaret;**

**petitor denique curet, ne nomen super involucrum exterius, in quo operis exemplaria nec non involucrum minus inciduntur, exaret. Id si faciat, excludetur.**

**Qui victor evaserit, diplomate ornabitur et trecenti eurinummiis tribuentur.**

**Utriusque certaminis scripta mittenda sunt intra Id. Mart. a. MMXIV ad hunc indicem cursuale mittenda:**

**Secretaria Praemii "V. Tantucci"**

**Via Edoardo Maragliano, 26**

**00151 ROMA**

**Roma Kal. Dec. a. MMXIII.**